Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



44 36

isti. Ego pascam oues meas et eas accubare faciam
dicit dns deus. Quod perierat requiram. et quod ab
iectum fuerat reducam. Et quod confractum erat alli
gabo. et quod infirmum fuerat consolidabo. et quod
pingue et forte custodiam et pascam illas in iudicio
et iusticia. Dicit dns ops. Wr. Protector nr aspice deus
et respice sup seruos tuos. V. Dne ds virtutum exaudi preces seruorum tuorum.

In illo tpe. Dixit dns ihus Secdm mathem.
discipulis suis. Cum venerit filius hominis in ma
iestate sua et omnes angeli cum eo. tunc sedebit super
sedem maiestatem sue: et congregabuntur ante eum om
nes gentes et separabit edos ab inuicem. sicut pastor
segregat oues ab edis: et stuet oues quidem a dextris
suis edos aut a sinistris. Tunc dicet rex hijs qui a dex
tris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete
paratum vobis regnum a constitucione mundi. Esu
rivi enim. et dedistis michi manducare. Sitivi et de
distis michi bibere. Hospes eram et collegistis me
nudus et operuistis me. infirmus et visitastis
me. In carcere eram et venistis ad me. Tunc responde
bunt ei iusti dicentes. Domine quando te vidimus
esurientem et pauimus sicientem et dedimus tibi potum
Quando autem te vidimus hospitem et collegimus te.
et nudum et cooperuimus te: aut quando te vidimus
infirmum aut in carcere et venimus ad te? Et respon
dens rex dicet illis. Amen dico vobis. quamdiu fecistis
vni de hijs fratribus meis minimis michi fecistis.
Tunc dicet et hijs qui a sinistris erunt. Discedite
a me maledicti in ignem eternum qui preparatus dya
bolo et angelis suis. Esurivi enim et non dedistis
michi manducare. Sitivi et non dedistis michi po